

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Extraordinaria diatribe Suetoniana

**Bernegger, Matthias
Gambs, Johann Nikolaus**

Argentorati, 1623

C. Suetonii tranquilli, vitae D. Octavii Augusti Caesaris

[urn:nbn:de:bsz:31-142045](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-142045)



C. SUETONII TRANQUILLI,

VITÆ
D. OCTAVII AUGUSTI
CÆSARIS,

CAPUT PRIMUM.



Entem Octaviam Velitris^a præcipuam
^b olim fuisse, multa declarant.

^a) Ea urbs est, quam, post M. Valerium Vo-
lesi filium dictatorem creatum, contra Æquos,
Latinum agrum hostiliter irrumpentes, pugnans
Vetusius consul uno agmine Victor cum victis
invasit, ubi plus sanguinis, promiscuâ omnium generum cæde, quàm
in ipsa dimicatione factum, paucis datâ veniâ, qui inermes in dedi-
tionem venerunt. Põst Volscis devictis Veliternus ager ademtus; Ve-
litræ Coloni ab urbe missi, & Colonia deducta. *Livius dec. ad. 1. lib. 2.*
ab. V. C. 260. Eadem Velitræ Prænestinorum orta rebellionẽ ab V.
C. 375. à T. Quintio Cincinnato Dictatore & A. Sempronio Arati-
no expugnata. *Liv. dec. 1. lib. 6.* Iterum Veliterni coloni, gestientes
otio, quod nullus exercitus Romanus esset, & agrum Romanum ali-
quoties incurfavere, & Thufculum oppugnare adorti sunt. Tribuni
militum ingenti contentione scripto exercitu profecti, non ab Thuf-
culo modò submovere hostem; sed intra suamet ipsum mœnia com-
pulere; obsidebanturq; haud paullo vi majore Velitræ, quàm Thuf-
culum obsessum fuerat; ne tamen ab eis, à quibus obsideri cœptæ
erant, expugnari potuere: ante novi creati sunt tribuni militum, Q.
Servilius. C. Vulturius, A. & M. Cornelii, Q. Quintius, M. Fa-
bius, nihil ne ab his quidẽ tribunis ad Velitras memorabile factum.

A. 2

Tandem

Tandem M. Furij Camilliauspicio capitur. *Liv. dec. 1. lib. 6. Ab. V. C. 388. Plutarchus in Camillo pag. 48.* Itaque sub eo adscriptis coloniis speciem antiquae frequentiae receperunt Velitrae. *Liv. lib. 8. dec. 1. ab V. C. 397.* Vide Strabonem *lib. 5.* Non contemnendam itaque urbem Velitras fuisse judicamus, ex quibus Octavia gens oriunda.

b) Pertinet hoc ad generis Octaviani claritatem. Non fastidioso quidem aditu virtus, excitata, ingenia vivida ad se penetrare patitur: neque haustum cum aliquo personarum discrimine largum malignumve praebet; sed omnibus aequaliter exposita, quid cupiditatis potius, quam quid dignitatis homines attulerint, aestimat: inq; captu bonorum suorum illis ipsis pondus examinandum relinquit, ut quantum subire animo sustinerint, tantum secum auferant. Quo evenit, ut & humili loco nati ad summam dignitatem, consurgant: & generosissimarum imaginum factus in aliquod revoluti dedecus, acceptam à majoribus lucem in spississimas tenebras convertant. *Ex Val. Max. Job. Bapt. Lencius observ. Polit. 5.* Et neminem propè magnorum virorum filium generosum aut sapientem reliquisse, satis clarere inquit Lamprid. Plerique enim aut sine liberis naturae satis fecerunt: aut tales certè habuerunt, ut melius fuerit, eos sine posteritate cedere &c. Tamen, inquit Guicciardin. *lib. 5. histor. (vide observat. histor. 71. pag. 44.)* qui nobiliore gente nati, majorisque existimationis sunt, exercitum ad imperia promptiorem habere solent. Unde, si cetera adsint, successor è stirpe durabilioris & firmioris imperii momentum habet, quàm quem vota elegerunt potiora.

2. Nam & vicus^a celeberrimà parte oppidi jam pridem Octavius vocabatur.

a) Vicum quidam idem putant, quod pagum, deducuntq; vel à vicinis habitatoribus: vel quòd sit vice civitatis: vel quòd vias tantum habeat sine muro. Unde quod Metropolis inter civitates, hoc metrocomiam ajunt intervicos. *Gothofr. not. ad tit. Cod. non licere habitator metrocomià loca sua ad extraneum transferre.* At accuratè loquendo, vicus in eo differt à pago, quòd vicus propriè nihil aliud sit, quàm locus publicus, utrinque aedificiis cinctus, per quem incolae transeunt.

3. Et ostendebatur ara Octavio consecrata, qui bello dux finitimo, cum forte Marti rem divinam faceret, nuntiata

ciatâ repentè hostis incurfione, fémicruda exta^a raptâ fo-
co profecuit: atque ita prælium ingreffus, victor rediit.
^b Decretum etiam publicum^a extabat, quo cavebatur, ut
impofterum quoque fimili modo exta Marti redderen-
tur, reliquiarque ad Octavios referrentur.

a) Ἐxtispicinia Græcis, Latinis extispicina, in difsectis jam vi-
ctimis, ex fignis falubribus noxiisve, ex constitutione & coloratione
fibrarum extorumque, ex defectu partium & annexorum in organis,
ex infolitatis & præter naturam agnatis, ex abfcessibus humorum af-
fluxu collectis, fumebat conjecturas de eventuum conditione, & in
quam partem numen, cui adornabatur facrificium, propenderet.
Peucer. de divinat. pag. 187. In extispicina enim, accuratiffima explo-
ratio inteftinorum & vifcerum instituta; basis tamen & fons con-
jecturæ & vaticinii in jecore fuit. Hoc rectè conftitutum læta promi-
fit: vitiatum mutilatumve, adverfa. Autor Tages fertur, aratori è
fulco puerili formâ subito apparens, & extispicinæ rationem edo-
cens. Dæmon omnino, lufibus his & ineptiis Ethnicos facinans.
Polyd. Virg. lib. 1. c. 23. pag. 93.

b) Religionis fpecies egerat animos in impetum. Ita primores
Romani cùm omnia molirentur, ut plebejos à magistratus cupidita-
te abftraherent, tandem rem omnem ad religionem verterunt, qua
velut thyrfio percutiuntur mentes humanæ. *Clapm. in arcanis Rerump.*
lib. 2. c. 9. pag. 53. Livius lib. 5. Patres non vi agebant: fed precibus: &
inter preces multa Deorum mentio erat, religiofum parti id maxime
fuit. Permultum enim Religio ad plebem potest, & in primis apud
milites. Sic impetum Octavius hostis in medio facrificii ritu ufurpa-
vit in argumentum felicitatis. Sic Germanicus feditionem compo-
fuit in defectu lunæ, quo velut ominoso, militum animus terrebatur.
Itaque, inquit Tacitus, Utendum eâ inclinatione, & quæ casus obtu-
lerat, ratus, in fapientiam vertenda. Sunt, ait Guicciardinus *Hypomn.*
Polit. 49. pag. 28. in omnibus humanis rebus, ac bellicis præfertim,
confilia ex neceffitate capienda. Quâ ratione principes fi quid in re-
ligione falſi fit, id confirmare, modo fovendæ religioni proſit, vete-
resque imitari debere Romanos Machiavellus impiè fuadet, multisq;
perſuadet. *Anti Machiav. lib. 2. Th. 2. Befold. lib. 2. pol. c. 1. p. 559.*

c) Publicum Velitrenſis Magiſtratus de Religionis conſtitu-
tione

tionē decretum suadet; jus sacrarum rerum, quod *jus sacratum* Virgil. vocat, quodque conciliat ingentem reverentiam atque majestatem, ad summum imperium à veteribus relatum, nec id malè. Tam enim proprium principis, tueri & curare sacra, quàm esse principem. Unde junxerunt veteres plerique sacerdotii & regni munera. Justinus de Judæorum Rep. Post Moysen, inquit, ejus filius Arvas sacerdos factus Egyptiis mox rex creatur: semperque exinde hic mos apud Judæos fuit, ut eosdem & sacerdotes & reges habuerint: quamvis erret hic. Apud Romanos supplicationes de rebus domi militiaeque fortiter gestis & feliciter, à solo senatu decerni potuerunt. *Liv. lib. 1.* Pontificis, ait, tantum jus fuisse, scire, quibus diebus, quibus hostiis, ad quæ templa, sacra fierent, atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur. Leo Papa ad Leonem Imperatorem: Debes, inquit, Imperator incunctanter advertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium collatam esse. *Clapm. in Arcan. lib. 1. c. 15.* ubi refert, Demetrii Chomateni ex Respons. Oriental. dictum. Imperator, inquit, ut communis *ἐπίσκοπος* existens & nominatus, synodalibus præest sententiis, & robur tribuit: Ecclesiasticos ordines componit, & legem dat vitæ justitiæque eorum, qui altari serviunt. Ideo Theodosius & Valentinianus ad Hormisdam Papam: Decere arbitramur nostrum imperium, subditos nostros de religione commonefacere. Et iterum: inquisitio veræ religionis præcipua est sollicitudo majestatis Imperialis. Sic etiam Justinianus: Nos igitur maximam habemus sollicitudinem circa vera Dei dogmata: & circa sacerdotum honestatem. Citat Johann. Episc. Rossens. *de Pot. pap. contra Bellarm. pro Guilel. Barcel. pag. 466.*

CAPUT II.

1. Ea gens à Tarquinio Prisco Rege inter Romanas gentes allecta in senatum ^a mox à Servio Tullio in patricias ^b transducta, procedente tempore ad plebem se contulit, ac rursus magno intervallo per D. Julium in patriciatum rediit.

a) Consilium id fuit Tarquinii (cujus ornamenta & insignia ingentem principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem *Flor. 6. 7.*) quod apud Tacitum Claudii. Sic enim Florus: Tarquinius postea

Ita Priscus, quamvis transmarinae originis, regnum ultrò petens, accipit ob industriam ac elegantiam. Quippe qui oriundus Corintho, Græcum ingenium Italicis artibus miscuisset. Hic senatus majestatem numero ampliavit, & centuriis tribus auxit: quamvis Actius Nævius numerum augeri prohibebat, summus augurio. Ita verò Claudius vocato senatu orsus est. *Tacit. lib. II. Annal.* Majores mei, quorum antiquissimus Clausus origine Sabinâ simul in civitatem Rom. & in familias patriciorum adlatus est, hortantur, uti paribus cōsilijs Remp. capessam, transferendo hūc quod usquam egregium fuerit. Neq; n. ignoro, Julios Albâ; Coruncanios, Camerios; Porcios, Thuscūlo; & ne vetera scrutemur, Hetruria, Lucaniâq; & omni Italiâ, in senatum accitos: Postremò ipsam ad Alpes promotam, ut non modò singuli viritim, sed terræ gentēsq; in nomen nostrum coalescerent. & post: Conditor noster Romulus tantum sapientiâ valuit, ut eosdem populos eodē die hostes, dein cives habuerit. Vide plura egregia ibi. Ipse Augustus, cujus majores è Velitris in senatum à Tarquinio sublecti, Lege seniâ familias quasdam sublegit in Civitatem. *Tacit. loc. cit.* Vide Ann. Scoti observat: ad *Tac. loc. cit.* Allectio ista patriciorum, ut Dio testatur *L. II. extremo*, facta est ab Augusto V. Consule. *Lips. in notis.* Unde colligere est, Lycurgæum adversus peregrinos rigore, quem hodie quidam, Exteros jure civitatis & suffragij privantes, imitantur, à Romuleâ dissentire sapientiâ, & augenda Reip. minimè conducere. *Zerne mann. in laboribus J. Caesaris num. 130. ex eo Befold. lib. 2. pol. c. II. numero. 13.* Judicium tamen & delectus in sublectione illâ habeatur. Difficile namq; videtur, quod Jod. Sincerus in *Itiner. Gall. fol. 100. de. principe quodam Gallie refert, pollicito se ex furum & latronum receptaculo redditurum elegantem urbem.*

b.) Illicò sub auspiciū urbis conditæ duos civium ordines constituit Romulus conditor, Patriciorum & Plebejorum. Illi, quia patrum progenies, à senatoribus patribusq; geniti, patricij vocabantur: habebantq; sacrorum curam: magistratus regimen: Reipub. administrationem: rerum urbanarum moderamen. Agrorū verò culturam, pecorum attentionem, quæstuosâ opificia, plebeis commisit. Qui civiū ordo in liberâ Rep. diu constitit. Cum vero patricij adversus plebeios arrogantius exurgerent, sibiq; solis summam rerum vendicarent; efferebait plebs, potestatemq; judiciorum, Senatus, Magistratuum, jurisq; dicundi ad se rapuit. Imminutus fuit hoc medio patricio-

rum

rum ordo, quod in arcanis Democraticis contra ejusdem Democratiæ everfores ponit Clapm. *lib. 2. c. 14.* Carol. Sigon. *lib. 1. de emendat. c. 48.* Nec omnes, qui nobiles & claro genere apud Romanos fuerunt, in patriciatum transiverunt. I. Curtius conject. *tom. 1. lib. 2. c. 29.*

2. Primus ex hac Magistratum populi suffragio ^a cepit C. Rufus, is quaestorius Cn. & C. procreavit: à quibus duplex Octavioz familia defluxit, conditione diversâ. Si quidem Cn. & deinceps ab eo reliqui omnes, functi sunt honoribus summis. At Cajus ejusque poster, seu fortuna, ^b seu voluntate, in equestri ordine consistere usque ad Augusti patrem.

^a) Romulus principio populum, qui tum 3000. circiter civium continebat, distinxit tribus partibus: deinde singulas partes in decem curias: uni cuique vero curia curionem praefecit, & suffragia per capita ferebantur. At lege Servia populus in sex classes censu & ætate distributus est, ita ut, si prima classis, in qua locupletissimi, in ferendis suffragiis concordessent, cæterarum classium suffragia, non rogabantur. Hanc autem suffragiorum rationem à Servio praescriptam si tenuisset plebs, suam amisisset libertatem pedetentim. Itaque cum potentiores premerent eam, ter secessit, nec destitit antè, quàm tribunos libertatis custodes de suo corpore creandis obtinisset: unde suffragiorum orta æquatio: inde comitia tributa haberi capta sunt. Iterum quia patricii locupletiores tributum sparsi plebejos tenuioris fortis clientelâ complexi sunt, adegeruntque eò, ut maximam partem ex suo nutu suffragarentur; latum est ad populum, ne deinceps comitiis tributis patricii interessent. Hinc primum divisa plebs ac populi appellationes. Populus senatum, patricios & plebem complectebatur: plebs autem divisa in octodecim tribus paulatim eo usque increvit, ut 35. censerentur, quibus tandem summa Reipubl. omniumque legum, ac magistratuum creandorum potestas cessit, exceptis Consulibus, Prætoribus, ac censoribus, qui quod majores essent, centuriatis creabantur, non tributis comitiis. è Livio prolixè differt Bodin. *lib. 2. de Rep. c. 7. num. 2.* Arcanata tamen ars fuit patrum Romanorum adversus plebem in intercessione impetrandâ à tribunis apud collegas, de qua Clapmar. *lib. 2. de arcanis Rerump. c. 8.* Aded intricata & difficultatis plena est magistratûs per suffragia & electionem

nem constitutio : ut, si cetera consonent, summa rei satius sit, naturam & generationem summi imperii caput statuere : de qua re fusi politicorum monumenta.

b) Sunt familiarum fata etiam quadam & mira ambages; ita ut ex eadem stirpe hæc floreat, illa marceat : hæc imperet, illa subiaceat : hæc ditescat, illa egeat : hæc augusta sit, illa angusta : hæc summa, illa mediocris : sunt periodi, ut in macrocosmo, sic in microcosmo : ut in macropoli, ita in micropoli : ut civitate, ita in æde. Quæ occulto divini nutus regimini, temperamentorumque varietati, aliisque occasionibus assignanda. Est in Rep. aliquid divinius humano intellectu, *Xenoph. lib. 1. Memorab. Adulatores vocat Vopiscus in Aurel.* qui dicunt, tantam Principis esse virtutem, ut opus non sit Deos consuli. Idem fit in familijs quæ semina Rerump. Aded in omnibus rerum mutationibus fatum consilia nostra sibi aptat, ut huc vel illuc sine impedimento aut errore contendere, aut ad hunc illumve niti scopum absquæ supremæ causæ intuitu temerarium sit.

Proavus Augusti secundo Punico bello stipendia in 3.
Siciliâ tribunus militum fecit, a Emilio Pappo Imperatore. Avus municipalibus magisteriis contentus, abundante patrimonio tranquillissimè senuit. Sed hæc alii.

a) Milites propter summam armorum necessitatem eminentioris cujusdam conditionis censentur. *Besold. lib. 1. Pol. c. 11. num. 67.* Unde concessa ipsis privilegia : in factione testamenti : in contrahendo matrimonio sine solennitate, & alia, quæ *Enenckelius Baro tractatu de hac re singulari habet.* Frui itaque privilegijs, quæ olim militantibus concessa sunt, & nostri possunt milites : si milites sunt, non fuci & fungi. Et quod quis progreditur altius in munijs militaribus, amplioris est honoris. Aded. ut nobilitatis quoque insignia consequi in militari virtutis cultu possit. Tantis enim præmijs excitari generosa solent mentes. *Cæsar* divitem se putavit, cum multos fortes viros divites reddidisset. Nobilem se etiam Imperator putet, si multos viros fortes nobiles reddiderit.

Ipse Augustus nihil amplius, quàm equestri a familia 4.
ortum se, scribit b vetere ac locuplete, & in qua primus senator pater suus fuerit. M. Antonius libertinum ei pro-

B avum

avum exprobrat restitionem, è pago Thurino: avum argen-
tarium: nec quicquam ultra de paternis Augusti majori-
bus repperi.

a) Equites Romani, non nobiles sed plebei erant, & primo ad-
munus judicandi lecti. Judicum; Dein à Cicerone Col. equestris
ordinis honore separati sedes in quatuordecim ordinibus Theatrora
seorsim acceperunt à plebe: Idque non genere aut meritis, sed solo
censu. *Alexand. ab Alexandro 2. genialium dierum. c. 29.* Ita ordo eque-
stris medius factus inter senatores ac plebem, quod ex patitiis &
plebe constaret: sed qui in senatum lectus erat, eques esse desinebat,
ut videre est de Livio & Nerone cenforibus, qui cum publicos adhuc
haberent equos, alter ab altero vendere jussi sunt: nam post cladem à
Veis acceptam equo publico stipendia fieri cœperant. *Bodin. lib. 3.
pag. 548.* Fuit equestris hic ordo quodammodo lequester inter patri-
tios & plebem. *Id. lib. 3. p. 568.* Unde utile judicatur omni civitatum
generi, necessarium verò optimatum statui, cives in tres ordines di-
stribui: ut duobus dissidentibus tertius dissidia componat, aut alte-
rutri adjunctus nolentem à suscepta sententia deducat.

b) Risit ita calumniarum frustraneam vehementiam Augu-
stus. Et genus & proavos & quæ non fecerat ipse, Vix sua nempe pu-
tat. Qui meritis suis & virtute alium vincit nobilem, eum merito po-
tiores esse, & celsiorem ei locum concedendum esse autumat, Boce-
rus de Regal. c. 2. num. 48. pag. 78. per textum in lib. ult. vers. nec enim
Cod. de tyronibus. l. 12. leg. unicuiq. 7. C. de prox. sacr. scrip. l. 12. l.
providendum 7. C. de postul. l. 1. C. de albo scrib. & Novell. 5. §. ultimo.
Non debet deterior esse conditio eorum, qui posteros habere nobi-
les meruerunt, quàm qui parentes habuerunt, ait Plin. in Panegyri.
Non est virtus, nobilem nasci: sed nobilem se facere: quo dictorio
generis sui vilitatem Urbanus IV. Papa excusavit. Maurus quidam
nobili Lusitano respondit, illum nomen, quod habet ex utero matris
reportasse: se ignotum nulliusque nominis, fortibus suis factis no-
men, Principis sui gratiam, magnasque dignitates impetrasse. In hunc
sensum apud Salustium C. Marius: Contemnunt, inquit, novitatem
meam; ego illorum ignaviam: mihi fortuna; illis probra obsecantur.
Quod si me jure despiciunt, faciant idem majoribus suis, quibus uti
mihi, nobilitas ex virtute cœpit. nunc videte quàm iniqui sunt, quod
ex aliena

ex alienâ virtute sibi arrogant, ex meâ id mihi non concedunt, scilicet, quia imagines non habeo, & nova nobilitas est, quam peperisse melius est, quàm acceptam corrupisse. Non itaque veræ tantum nobilitatis principium est, sed & verè nobilis, qui egregiarum virtutum causâ nobilitatur.

CAPUT III.

Octavius pater à principio ætatis & re & existimatione magna fuit: ^a ut equidem mirer, hunc quoque à non nullis argentarium, atque etiam inter divisores, operâsq; campestres, proditum. Amplis enim innutritus opibus, ^b honores & adeptus est facile, & egregiè administravit. Ex præturâ Macedoniam sortitus, fugitivos, residuam Spartaci & Catilinæ manum, Thurinum agrum tenentes in itinere delevit, negotio sibi in senatu extra ordinem dato. Provinciæ præfuit, ^c non minore justitiâ quàm fortitudine. Namque Bessis ac Thracibus magno prælio fuis, ita socios tractavit, ut epistolæ M. T. C. extent, quibus Q. fratrem eodem tempore parum secundâ famâ proconsulatum Asiæ administrantem, hortatur & monet, imitetur in promerendis sociis vicinum suum Octavium.

^a) Pertinet hoc caput ad generis familiæque Octavianæ defensionem.

^b) Turpissimum est magistratus ex favore impetiri. Intellego (ait Symmachus 10. *Epist.* 15.) quantò plus sollicitudinis habeat magistratus, qui ex iudicio, quàm qui ex gratiâ venit. Idem 1. *epistola* 15. *ad Ausonium*: Bene ac sapienter majores nostri. *Ædes* virtuti atq; honori, gemellas junctim locarunt: commentis ibi esse præmia honoris, ubi sunt merita virtutis. Etiam penè propter Camænarum religio & sacri fontis advertitur: quia iter ad capessendos magistratus sæpe literis promovetur. Indignissimum etiam, in distributione magistratus solas opes spectare. Nos ut quidem rationem aliquam opum habendam esse putamus, ita pauperes prorsus excludendos esse minime censemus; non facultates sed virtus; non adjumenta fortunæ; sed ornamenta

namenta animi, in electione sunt spectanda ait Clariss. Besold. lib. 2. Pol. c. 3. n. 5. Opibus magistratus emere, Reip. perniciosissimum est. Romæ floridam libertatem tum alia vitia in Rempub. admissa, tum vel maximè turpis honorum nundinatio corripit.

c) Ambulavit per honorum illustres gradus Octavius Augusti pater: Præturam Macedonia sortitus est: Provinciæ præfuit: Candidatum consulatus se confessus fuisset, si mortis interventum non impeditus fuisset. Facit hæc ambulatoria magistratuum distributio ad summum virtutis cultum excitandum: cum maxima virtutis præmia, ad intuentum, veluti certissimum scopum, & ad consequendum proponat. Facit ad motuum turbarumque fibras evellendas. Seditio- num enim ac discordiarum civilium fomes est honoris & præmio- rum inæqualitas: pacis verò & concordie comes est æqualitas illa, quæ in tribuendis honoribus, & rerum inter cives communium, quâ divisione servatur. Facit contra illa perpetuatio honoris & im- perii, ut supplicis peccatis propositis, scelerati eripiantur. Et tamen poenarum quam præmiorum cura major est justo legislatori. Quis autem supplicia perpetuis magistratibus, aut poenas irrogabit iis, quos nemo attingere auit? Liv. lib. 35. refert, rogationem Annibalis ad pop. Carth. Judicium ordo ea tempestate dominabatur Carthaginæ, eo maximè, quod iidem perpetui iudices erant; res, fama, vitæque omnium in illorum potestate erat; qui unum ejus ordinis is omnes adversos habebat. Horum in tam impotenti regno prætor factus An- nibal, vocare ad se quaestorem; idem pro nihilo habuit: nam adversæ factionis erat: & quia ex quaesturâ in iudices potentissimum ordinem referuntur, jam pro futuris mox opibus animos gerebant. Id indi- gnum ratus Annibal, viatorem adprehendendum Quaestorem milit, subductumque in concionem, non ipsum magis, quam ordinem ju- dicum (præ quorum superbiâ atque opibus nec quicquam leges ef- fent nec magistratus) accusavit; & ut secundis auribus accipi oratio- nem animadvertit, legem ex templò promulgavit pertulitq; hæc ille. Eleganter Cassiodorus: antiquitas (inquit) provinciarum dignita- tem voluit annua successionem reparari, ut nec diutina potestate unus insolesceret; & multorum provectus gaudia reperirent. Distinguen- da tamen sunt Rerump. formæ & diversitatibus illarum vel perpetuatio vel innovatio annua imperiorum accommodanda.

CAPUT

CAPIT IV.

Decedens Macedoniâ, prius quàm confiteri se can-
didatum consulatus posset, morte obiit repentinâ super-
stitibus liberis, ^a Octaviâ maiore, quam ex Anchariâ: &
Octaviâ minore, item Augusto, quos ex Atiâ tulerat.
Atia M. Atio Balbo & Juliâ sorore C. Cæsaris est genita,
Balbus paternâ stirpe Aricinus, ^b multis in familiâ senato-
riis imaginibus ^c à matre Magnum Pompeium arctissimo
contingebat gradu, functusque honore præturæ, inter
XX. viros agrum Campanum plebi Juliâ lege divisit.

a.) Non possum quin mirum Romanorum studium in liberis
procreandis recenseam, ex Plutarcho in *Catone Minore* pag. 230. In-
ter multos amatores admiratoresque, inquit, Catonis, quorum alii
studium suum aliis apertius præ se ferebant, Q. etiam Hortensius fuit,
vir magnâ existimatione, probatisque moribus. Hic non contentus,
esse se socium Catonis, & familiam suam cum Catonianâ permiscere,
animum induxit. Itaque conatus est persuadere Catoni, ut is sibi fi-
liam Porciam, quæ Bibulo nupta erat, bisque jam enim patrem fecer-
at, traderet, uti ex ipsâ, tanquam bonâ frugis fertili, liberos suscipe-
ret; hominum quidem opinione, absurdum hoc videri, re ipsâ præ-
clarum esse, & civile, ut mulier integrâ ætate florens, neq; neglecta
virtutem sobolis danda perdat, neque plures, quam requirantur, li-
beros pariendo gravet atque ad pauperiem redigat maritum; nihil
porro prolis indigentem, sed communem aliis etiam prole dignis, li-
berum suscipiendorum facultatem præbeat, virtutemque in multa
genera diffundes ab invidiâ vindicet; ex quibus necessitatibus ipsâ
deinde inter se civitas quasi commisceatur. Quod si omnino uxor
Bibulo cordi sit, se eam ipsi simul atque ex se peperisset, redditurum.
Cumque filiam ei denegasset Cato, uxorem Catonis petiit, quam &
despondente eo accepit. Egregia scilicet permutatio; & Romanorum
magnitudine digna.

b.) Ab V. C. 247. Porsena Etruscus Rex filium Aruntem Ari-
ciam oppugnatum mitit: fufum tamen ab arte adversus vim n. f. s.
Cumanorum auxiliis, in civitatem tandem ab V. C. 397. cum No-

mentanis pedanisque eodem jure recipiuntur, quo Lanuvini. vide &
B 3. de.

CAPIT

487.
De Aricinis Dionys. Halicarnassum pag. 362. 377. 387.

c) Quibus non est virtutis praestantia, generis claritas potius dedecori est, quam laudi: neque amplius prodesse possunt, quam ut non queant latere, & vulgi sint fabula, si degenerent. Quid verò imagines majorum moneant, Salustius in *Jugurth.* docet. Sape ego, inquit, audiui. Q. Maximum, & alios praeterea civitatis nostrae praclaros viros, solitos ita dicere, cum majorum imagines intuerentur, vehementissimè animum sibi accendi ad virtutem: scilicet non ceram illam, neq; figuram tantam vim in se habere: sed memorià rerum gestarum eam flammam egregijs viris in pectore crescere: neq; prius sedari, quam virtus eorum famam atq; gloriam adhaeruerit. Sunt sane, quibus magis placeat è generositate quam genere nobilitas. Ab hac mente illud:

Totalicet veteres exornent undiq; cera.

Atria, nobilitas est sola atque unica virtus.

Lactantius lib. 7. c. 15. Deus, inquit, qui homines generat & inspirat, omnes aequos, id est, pares esse voluit. Eandem conditionem vivendi omnibus posuit, omnes ad sapientiam genuit, omnibus immortalitatem spondit. Nemo enim à beneficiis ejus cœlestibus segregatur. Nam sicut omnibus unicum suum lumen aequaliter dividit, immittit omnibus fontes, victum subministrat, quietem somni dulcissimam tribuit: sic omnibus aequitatem virtutemque largitur; nemo apud eum servus est, nemo dominus. Familiarum tamen distinctio ad ordinem Reip. in genere humano necessaria est.

2. Verum M. Antonius despiciens etiam maternam Augusti originem, proavum ejus Afri generis fuisse, & modò ungentariam tabernam, modò pistrinum Ariciae exercuisse obijcit. Cassius quidem Parmensis quadam epistola non tantum ut Pistoris, sed etiam ut nummularij nepotem, sic taxat Augustum: ^a materna tibi farina siquidem ex crudissimo Ariciae pristino hanc finxit manibus collybo decoloratis Nerulensis mensarius.

^a) Fuit itaq; & illo seculo non usq; ad eò honestum, nummularios in familià recensere. Quid judicatum iri putabimus, si constitisset tum ea rei monetariae adulteratio, quam orbis hic noster Germanus, ultimam malorum suorum manum & summam accessionem putat

pirat. Fatalem eam & exitialem iudicant sapientes, magnarumq; mutationum presagium. *Besold. lib. 1. Polit. c. 4. n. 51. §. 2. pag. 182.* Principis character est, itineru in suo territorio tutatranquilas: promissorum fides: & monetæ bonitas, inquit magnus ille Germaniæ vindex.

b) Satis munivit suprà Augusti familiam Suetonius ab injurijs inimicorum: quanquã sint etiam exempla Imperatoru, quorum origo obscura. Helvium Pertinacem Libertinus pater genuit. *Dion. lib. 73.* Macrinus ipse Libertinus fuit aure perforatâ Maurus. Maximus, infima gentis Thrax. Diocletianus Amullini senatoris libertinus aut scriba: Valer. Aurelianus in Syrmio natus matre sacrificulâ Solis. *Vind. de Schönk. p. 127.*

CAPUT V.

Natus est Augustus M. T. Cicerone & Antonio Coss. IX. Kal. Octobris, paulò ante solis exortum, a regione palatii ad capita Bubula: ubi nunc sacrarium habet, aliquanto postquam excessit, constitutum. Nam ut senatus actis continetur, cum C. Lectorius adolescens patritij generis, in deprecanda graviore adulterij poenâ præter ætatem atq; natales hoc quoq; patribus conscriptis allegaret, se esse possessorem ac velut ædituum soli, quod primum D. Augustus nascens attigisset, peteretq; donari, quasi proprio suo ac peculiari Deo, decretum est, ut ea pars domus consecraretur.

a) Falli hoc loco Suetonium, ut hominem Mathematicarum disciplinarum rudem, Casaubonus & Scaligero (cujus verba purpuram vocat preciosissimam) monstrat hoc loco. Sic igitur Scal. Sed oblitus sum indicare tibi, quid sententiæ meæ fuerit semper de loco Suetonij, super horâ & tempore ortus Augusti Cæsaris. Ait natum IX. Cal. Octobris paulò ante Solis exortum. Alibi ait ejus horoscopus esse Capricornum. Hæc sunt τὸν ἀδ' ὑπ' αὐτῶν. Nam multo tempore ante natum Octaviu ad reformationē factoru & editionem anni Juliani XXII. Septembris incidebat in Julium hodiernu. Ergo ante exortu, aut exortu ipso Solis. Quomodo igitur Capricorno horoscopus te: Nam

ite? Nam nummi signati notâ Capricorni, qui & hodie plurimi ex-
tant, fidem faciunt rei. Quid dicemus igitur? semper hæc fuit suspicio
mea; Augustum sole occidente natum. Nam quamdiu sol cancrum
obinet, eo occidente oritur ἀγρονόχος Capricornus. Hæc est vetus
suspicio mea, quæ nuper confirmata est versibus nondum editis, ex
Arateis Germanici Cæsaris, in quibus planè genesis Augusti est ἀγρο-
νόχος oriente Capricorno. Hæc Scaliger.

CAPIT VI.

¹ Nutrimetorum ejus adhuc ostenditur locus, in
avito suburbano juxta Velitras permodicus & cellæ pe-
nuariæ instar, tenetq; vicinitatem opinio, tanquam & na-
tus ibi sit. Hûc inroire, nisi necessariò & castè, religio est:
conceptâ opinione veteri, quasi temerè adeuntibus hor-
ror quidam & metus obijciatur: sed & mox confirmata
est. Nam cum possessor villæ novus seu fortè, seu tentandi
causâ cubitum se èo contulisset, evenit, ut post paucissi-
mas noctis horas exturbatus inde subitâ vi & incertâ, pe-
nè semianimis cum stratu simul ante fores inveniretur.

a) Nihil vehementius est superstitione ad dementandos vel
terrendos animos. Hinc è Julio Cæsare Scal. Clapm. *de Arc. lib. 5. c. 4.*
Nulla humana opera melior ad cultum divinum augendum quàm su-
perstitio. Quemamodû ambitio, vitium est ipsa, maximâ autè virtu-
tum mater: ita superstitio: de qua paulatim cum aliquid auferas, qua-
si ursæ catulum lambendo formas. Hinc etiam Ethnici, etiam Turcæ
ea loca, ubi religionis etiam aliqua fuit species & umbra, intacta trans-
iverunt, contra atq; nostri stratiotæ, qui in effringendis claustris for-
tissimi, in exurendis templis alacres, in campanis auferendis expedi-
tissimi, in sacro spoliando ornatu heròes. Videmus in agro nostro
templa aut everfa, aut exusta, aut in stabulum versa: altaria facta præ-
sepia: suggestus dejectos, sacra undiq; rupta: & veluti Güntherus de
Pontificijs Cardinalibus *lib. 6.*

Divinas spoliare domus, sacra tollere vasa.

Excoriare cruces, abrumperè textibus aurum,

Omnia quæ possunt a vidè corradere lævis,

Vnguibus & secum collecta referre. &c:

CAPIT

CAPUT VII.

Infanti cognomen Thurino inditum est, in memoriam majorum originis: vel quod in regione Thurinā recens eo nato pater Octavius adversus fugitivos rem prosperē gesserat. Thurinum cognominatum satis certā probatione tradiderim, nactus puerilem imagunculam ejus aream veterem, ferreis ac penē jam exolescentibus literis, hoc nomine inscriptam, quæ dono à me Principi data inter cubiculares colitur.

a) Annibalesederunt se Thaurini, exemplo Tarentinorum & Metapontinorum, qui eandem maris cum aplis oram incoluerant: ita ut M. Animum, qui ipsis modico præsidio præerat, ita in Romanos propter obfides nuper interfectos, conceptā, fraude intestinā hostibus traderent. *Liv. dec. 3. lib. 5.* In agrō Thurino quoq; Milo interfectus, qui ob necem Clodij damnatus erat. *Cesar lib. 3. de bello civ.* Originem urbis refert Strabo *de situ orbis lib. 6.* ab Achivis conditum oppidum Sybaris est, C.C. distans Itadia. Inter duos situm fluvios Crathidem & Sybaridem. Ejus autem condenda autor est Hælicetus. Eo autē excellentiæ & felicitatis excrevit ea urbs, ut quaternas proximas rexit gentes, & quinque ad viginti urbes suo subdidit imperio: & contra Crotoniatis CCC. hominū milliū exercitū duxerit. Totā autē hanc felicitatē intra dies septuaginta Crotoniata illis interceperunt: adeo delicijs ac luxuriā intemperantes defluebant. Urbe enim potiti, inducto fluvio cuncta demerferunt: pauci ex eā clade superstites adunati cohabitabant: quos temporis intervallo Athenienses aliq; Græci prorsus extinxerunt. Nam in societatem civitatis pervenientes eos per contemtum habitos trucidarunt, & urbem aliam in locum propē transpositam ædificarunt, & eos Thuriōs ducto de fonte vocabulo nuncuparunt. Thurijs cū diutius beatam duxissent atatem, tandem in Lucanorum servitutem tracti sunt: cūque illos Tarentini destruerent, ad Romanorum tutelam confugerunt. Hæc Strabo.

b) Aliquot numismata imagine Augusti Cæsaris clara enumerat & describit Guiliem. Budæus in *lib. de assse. 2. pag. 125.*

c) Scilicet ut magni & Augustissimi principis memoriam ipse magnianimi imperator Trajanus servaret, imò doceret, quantum se venerandus

C

venerandus Princeps summum rei universæ caput. Unde Imp. nomina, signa, imagines non ære tantum excula; sed in vexillis atque scutis circumlatæ. Igitur, cum Vitellius de imperio periclitaretur, primores Vitellij imagines amolitos fuisse Tacitus *3. histor. meminit*. Hinc contumacia & læsa majestatis reus habebatur, qui plus honoris & cultus alterius, quàm principis exhibuisse imagini videbatur. Marcellus hujus criminis reus factus est, quod ejus statua præ Caesaris emeret. Lucio item Ennio crimen id majestatis intentatum, quod imaginem Principis ad argenti usum vertisset promiscuum. Et cum Romani gesta Agrippinæ & Neronis imagine circumdeditissent curiam, Tiberius criminatus est, nihil reliquum esse, nisi ut caperent ferrum, & quorum imagines pro vexillis secuti forent, duces imperatoresq; eligerent. Nam & ducum imagines in vexillis notatæ. Actamen Tiberius Syriacis legionibus munera dedit, quod solæ nullam Seiani imaginem inter signa coluissent. *Clayp. de Arcanis lib. 3. c. 12.* Auro insculpi privati cujusq; effigiem, imperatores Romani prohibuerunt. *Niceph. lib. 8. c. 3.* & qui monetam fallam cudid sub formâ & imagine Imperatoris, exurendus est igni: quia sacram imperatorie majestatis imaginem apertissime violat. *P. H. D. art. 120.* in Gallia cacabis oleo bulliente plenis iniiciuntur. *Petr. Greg. Tholosan. lib. 3. Syntag. c. 15. n. 3.*

2. Sed & à M. Antonio in Epistolis per contumeliam sæpè Thurinus appellatur: & ipse nihil ampliùs^a quàm mirari se rescribit, pro opprobrio nomen^b prius sibi oblici.

a) Ut dissimularet & injuriarum sensum, aut contemneret adversarium. Sic historicus Timagenes Augustum, uxorem, domum universam procacius impudentiusq; profuderat in libris, ac dicaciter lapidaverat. Monuerat Imperator, ut facillè appateret, illi non imperasse iram, moderatius linguâ uteretur: pergenti etiamnum, ac liberius natura indulgenti, satis habuit, domo suâ interdicere. *Rhodigin. lib. 21. c. 28.*

b) Causab. h. I. Nomen prius est nomen sive cognomen, quod infans habuerat, pridem autem habere desierat. Clara mens Augusti ex superioribus Suetonij verbis: certa etiam lectionis hujus fides consentientibus omnibus libris.

Postea

Postea C. Cæsaris & deinde Augusti ³ cognomen as-
sumpsit, alterum ^b testamento majoris avunculi: alte-
rum, Munatii Planci sententiâ: cum quibusdam censu-
tibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum con-
ditorem urbis, pravaluisset ut Augustus potius vocare-
tur, non tantum novo, sed etiam ^c ampliore cognomine:
quod loca quoque religiosa, & in quibus auguratio quid
consecratur, Augusta dicantur, ab auctu, vel ab avium
gestu gustive: sicut etiam Ennius docet scribens,

Augusto augurio postquam incluta condita Roma est.
^a) Augustus ab augurio denominatur: inquit Suetonius, Sa-
cro Sanctus & veneratione dignus. Græcis *ἀγστος* & *σεβαστος* vocatur.
Dion. lib. 53. hist. Rom. Pulchrè Abbas Atmontensis Engelbertus. *cap.*
18. de ortu & fine Rom. Imp. ait: nulli Imperatori unquâ licuisse, vel li-
cere fines Imperij imminuere: quia tunc caderet à nomine & dignitate
Augusti: quod significat, imperium debere semper augeri, & nun-
quam minui: adeoque Imperatores contrarium facientes, non Au-
gustos ab Augendo, sed angustos, ab angustando fines Romani Im-
perij esse appellandos. Imperij certè natura suâ sponte ad amplifica-
tionem inclinât: quia quod Augustius & in ampliores confirmatum
fines est regnum, ed nobilius & diuturnius censetur Illustratur autem
& amplificatur imperium vel internæ perfectionis accessione, vel ex-
terni augmenti adjunctione; Illud fit, vel populi multiplicatione, vel
territorii culturâ, vel Reip. altitudine & dignitate promotâ, vel opum
& divitiarum accessu. Quo refero ædificiorum & subtractionum
amplitudinem. Externè Rempub. augeri terminorum finiumq; di-
latione & in varios populos extensione dicimus. Cum autem in-
satiabilis illa terrarum sitis innata penè sit imperantibus, eaque sit
cordis humani natura, ut ipsum quidem accipitrem satiare queat, ab
orbe verò vix satiari: cavendum est, ne justo latiores, sed ut latiores,
non ut ampliores, sed ut meliores fiant ditiones. Solum enim augen-
di domini desiderium non est justus acquirendi titulus. Remotâ ju-
sticiâ, quid sunt regna, nisi magna latrocinia? quia & ipsa latrocinia
quid sunt, nisi parva regna? *Aug. 4. de C. D. c. 4.* Adde, quod etiam
nimia magnitudo, suis ipsa viribus fatiscat. quarundam Rerump.
conditio

*Adde s. in Cas. c. 44.
p. 281.*

conditio non fert, ut ea extendantur. Impendia belli plura sunt, quam præmia: & principes quotidie experiuntur, piscari se in bellis aureo hamo. Bene Annibal ad Scipionem apud Livium *lib. 30.* Optimum quidem fuerat, eam patribus nostris mentem à Diis datam esse, ut & vos Italia, & nos Africa imperio contenti essemus. Neq; enim ne vobis quidem Sicilia atque Sardinia satis digna prætia sunt protæ clasibus, tot exercitiibus, tot tamque egregiis amissis ducibus: & *biur. b.)* Nominis gentilitii communicatio ad familiarum communionem facit *Schöub. pag. 77.* Antiquissimus autem translationis in familiam seu adoptionis est ritus, ita ut etiam ad Ægyptios eum referat Bod. *lib. I. c. 4. p. 44.* Et cum Romanorum moribus & institutis adoptionum iura nobilitata essent, longè latèque promotis imperii finibus, ceteri quoque populi certatim adoptiones coluerunt, Gothi, Germani, Franci, Salii, ut quidem videre est in legibus Ripuariorum; ubi verbum adfatinire pro adoptare ulupatur. Prima potissimaque adoptionum causa est, ut cui liberos aut certè mares natura denegaret, legum autoritate sarcirentur. Ita Scipio Africanus Pauli Æmilii filium Africanum juniorem & nominis & bonorum heredem reliquit. Ita Cæsar Octavium: ita Octavius Cæjum & Lucium primum post Tiberium: ita Tiberius Caligulam: ita Claudius Neronem, ita Galba Pisonem in ius familie transcripsere:

*) Aliàs Augustus, ut Maledictum & opprobrium, Domini nomen exhorruit, ut infra autor notat: quod ejus exemplo factitasse Tiberium idem refert, & secutum Severum Lamprid. nos docet. Rectè. Ita enim Tertullianus in Apologetico: dicam planè Imperatorem Dominum, sed more communi, sed quando non egor ut Dominum DEI vices dicam. Cæterum liber sum illi. Dominus enim meus unus est, DEUS omnipotens, æternus idem, qui & ipsius. Qui pater patriæ est, quomodo Dominus? Gratius est nomen pietatis, quàm potestatis. Miratur tamen Eberh. à Weyhe. in *Probl. Reg. pag. 44.* Cur imperatores domini appellationem respuerint, cum Nezenius Paulum Ictum Dominum vocarit; & Augusti temporibus parentes à liberis, fratres à fratribus blandientibus domini, Seneca & Martiale authoribus, appellati. Et admisit publicè sibi impositum Augusti nomen Octavius. Argutè mutato statim umbram Reip. desiderata à civibus Augustus non mutato nomine objecit. Tacitus de Augusto *1. Ann.* Domi res tranquilla: eadem magistratuum vocabula. Et iterum de

rum de eodem Tacitus *ibid.* insurgere paulatim, munia senatus, magistratuum, legum, in se transferre, nullo adversante. Unde non veterem tantum morem reliquit, sed etiam exegit, ut quoties consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet, clamantibus cunctis, satis maiestatem ejus imminui, quod honorem eum non solum, sed cum altero gereret. *Suet. infra.* Quem Tiberius insecutus, paulatim, ut ait Suet. Principem exercuit. Scilicet ut rerum ipse cursus videretur mutationem suo tractu attulisse, ne invidia mutati status ipsum premeret. *Tacit. 1. Ann.* Cuncta per consules incipiebat, tanquam vetere Repub. & alibi, sua consulibus, sua pratoribus species. Eadem arte usus est Laurent. Mediceus, occupata iterum Repub. Florentina. Nam ut deliniret cives, timidos mutationis, & Soderino adherentes, Joh. Bapt. Rudolphum popularem & libertatis studiosum in Soderini locum vexilliferum creavit, ne videretur Aristocratiam inducere. Vide pluribus Clapm. *de arcanis cap. 5. & 6. lib. 6.*

CAPUT VIII.

Quadrismus patrem amisit: duodecimum annum ^{I.}
agens aviam Juliam defunctam pro concione laudavit ^{a.}

^{a.)} Hoc est, quod Augustum eloquentiam studiaque liberalia ab aetate prima & cupide & laboriosissime exercuisse, *Suet. infra cap.* ait. Contra atq; Nero: qui puerilibus statim annis vividum animum in aliena detorsit, aliena indiguit facundia: interdum tamen carminibus pangendis, inesse sibi elementa doctrinae, ostendebat. *Tacit.* Rectius Tiberius, qui artem callebat, qua verba expenderet, tum validus sensibus, aut consulto ambiguus. Etiam C. Caesaris turbata mens, vim dicendi non corrumpit. Nec in Claudio, quoties meditata disliceret, elegantiam requireres.

Quadriennio post virili toga ^a sumpta militaribus donis ^b triumpho Caesaris Africano donatus est, quanquam ^{2.}
expers belli propter aetatem: profectum mox avunculum in Hispanias adversus Cn. Pompeij liberos, vix dum firmus a gravi valetudine, per infestas hostibus vias, paucissimis comitibus, naufragio etiam facto, subsecutus, magnopere demeruit, approbata cito & morum indole super itineris industriam. C 3 Erant

a) Erant vestes alie alijs speculiares, ut toga Romnis, & Gallis, ex quo Gallia Cisalpina Togata nominata est. *Polyd. Virg de inv. rer. lib. 3. c. 6.* Togā autē ipsam Tertullianus lib. de pallio scribit à Pelasgis inventam ad Lydos primū, à Lydis deinde ad Romanos delatam fuisse. Vide etiam *Plin. lib. 8. Hist. nat. pag. 402. c. 48. & lib. 9. c. 39. pag. 449.* Varia autē sunt togarum genera. Toga virilis, quam hic noster sumit, à puerili distincta, & sumebatur decimo septimo ætatis anno. Toga autē puerilis quæ & prætexta dicitur, habitus est infra eam ætatē constitutus usurpatus. *Gell. lib. 12. c. 14.* Cum jam adolescentuli Romæ prætextam & puerilem togam mutassemus. Dicebatur toga prætexta, cujus ora & circuitui purpura erat prætexta, *Plutarcho Hæpitiop. 9. & lib. 4. de c. 4. pro lege Oppia dissereret, pag. 185.* purpura viri utimur, prætextati in sacerdotijs, in magistratibus: liberi nostri prætextis purpurâ togis utentur: magistratibus in colonijs municipijsq; hic Romæ infimo genere magistris vicorum togæ prætextæ habendæ jus permittemus: nec ut id vivi solum habeant tantum insigne, sed etiam ut cum eo crementur mortui &c. *Lampridius de Alexandro inquit,* Prætextam & togam pictam nunquam nisi consul accepit. Est v. toga picta vestis publica, summisq; frequens magistratibus. *Capitolinus in Gordiano.* Toga palmata velis erat triumphalis. Toga Candida ea fuit, qua competitores magistratum inducebantur. Toga pura, idē dicta, quod nullo purpure prætextu distincta esset, est, quam tyrunculi forenses assumebant, tyrocinidie. Toga pulla, in funeribus, albæ vel in epulo publico vel parentali, vel in spectaculis, vel in comitio, usus fuit.

b) Scilicet ut incenderetur ad magna parandus animus Augusti rerum militarium splendore. Ex libris enim vix disci potest ars militaris. Vnde pedetentim in campum proliciendus ille, qui pro maiestate Rerumpub. militaturus & imperaturus est. Campi sunt scholæ, ubi exercentur tyrones, & arma pennæ, quæ intinctæ sanguine inimicæ, scribunt Historiam in carne: *Inquit Petrus Aretinus l. 5. ep. 342.*

3. Casare post acceptas Hispanias expeditionem in Dacos & inde Parthos destinante, præmissus Apollonium studiis vacavit.

a) Nihil tam regale quam sapere & judicare: sapiens verò iudicium, & iudiciofa sapientia, è literarum studijs firmatur optimè. Vacat ergo

argo Augustus studiis, ut felicius in imperio occupetur: de quo plura
infra: cap. 89. Fecit ille, quod scripsit post eum Basili. imp. *ad Leonem:*
fil. c. 56. Per Historias veteres ire ne recula. Ibi enim reperies sine labo-
 re, quæ alij cum labore collegerunt: atq; illinc hauries & bonorum
 virtutes, & improborum vitia: vitæ humane varias mutationes, & rerum
 in eâ conversiones; mundi huius instabilitatem, & impiorum præci-
 pites casus: & ut verbo complectar, malorum facinorum pœnas, &
 bonorum præmia; quorum illa fugies, ne in justitiæ divine manus incidas:
 hæc amplecteris: ut præmijs quæ ea comitantur, potiaris. Ad spectus
 à circumfuso aëre lumen accipit, mens a doctrinâ, inquit Aristot. *apud*
Laert. non quia virtutem dare possit, sed quia animum ad accipien-
 dam illam præparat. *Senec. ep. 89.* Non paranda nobis solum, sed &
 fruenda sapientia est. *Cic. lib. de finibus.*

Utq; primum occisum eum, heredemq; se comperit, 4.
 diu cunctatus, an proximas legiones imploraret, id qui-
 dem consilium ut præceptum immaturumque omisit: cæte-
 rum, urbe repetitâ^a hereditatem adiit, dubitante matre,
 vitrico vero M. Philippo consulari multum dissuadente.
 Atque ab eo tempore exercitibus comparatis, primum
 cum Marco Antonio, Marcôque Lepido^b dein tantum,
 cum Antonio per duodecim ferè annos, novissimè per
 quatuor & XL.^c solus Remp. tenuit.

a) Tot periculis inexplicabilibus stipatam, ut vix tuta esse pos-
 se videretur. At divino munere effectum, ne destinatum immortalita-
 ti caput indignam cœlesti spiritu fortunæ violentiam sentiret: ut pu-
 tat Valer. Max. *lib. 1 c. 7.*

b) Duumviratus & Triumviratus species sunt quædam Aristo-
 cratiæ: quia nullus ibi alterius constringitur imperio, aut sine alte-
 rius consensu imperare potest: sed utrinque summa est potestas, &
 inde nullus est monarcha.

c) Summa rerum rediit ad Octavium quia sapientiâ suâ atque
 solertiâ perculsum undiq; & perturbatum ordinavit imperii corpus,
 quod ita haud dubiè nunquam coire & consentire potuisset, nisi
 unius præsidis nutu, quasi animâ & mente regeretur. *Flor. l. 4. c. 3.*
 Pacis interest, omnem potestatem ad unum conferri. *Tacit. 1. hist.*
 Nec

i. 1.
262

Nec aliud discordantis patriæ remedium fuit, quàm si ab uno regeretur. Tacit. 1. Ann. Ac tamen si regium nomen execraretur populus Romanus, singuli tamen regiam potestatem affectabant. Bodin. lib. 6. c. 4.

COROLLARIA.

I.
Potius est, omittere adulta & prævalida vitia, quàm illud assequi, ut palàm fiat, quibus flagitiis impares sumus. Tacit. lib. 3. Annal. cap. 33.

II.
Regum majestas difficilior à summo fastigio ad medium detrahitur, quàm à mediis ad ima præcipitatur. Liv. lib. 57. cap. 45.

III.
Nemo regere potest, nisi qui & regi. Senec. lib. 2. de ira, cap. 15.

IV.
Nervi imperij, pecunia. Mucianus apud Dionem, in Vespas.

V.
Quos viceris, cave amicos tibi esse credas. Curtius lib. 7. cap. 8.

VI.
Remissius imperanti melius paretur. Senec. 1. de clem. 24.

F I N I S.

